

**La vida de los primeros obispos de España, copiada**  
*por el señor D. Juan Bautista Pérez, obispo de Segorbe, de un*  
*antiquísimo códice complutense,*  
*con algunas notas de su mano*

Existe entre sus mss. en el  
archivo de la misma iglesia



Biblioteca Virtual de  
Pensamiento Político Hispánico  
*Saavedra Fajardo*



*La vida de los primeros obispos de España, copiada por el señor D. Juan Bautista Perez, obispo de Segorve, de un antiquísimo códice complutense, con algunas notas de su mano (a). (V. pag. 206.)*

Vita sanctorum pontificum, et confessorum Torquati, Tisephontis, Esicii, Indalecii, Secundi, Euphrasii, Cæcili, qui à sanctis Apostolis in occidentis partem ob gratiam sancti Evangelii nunciandam, missi sunt, qui celebrantur calendas maias (b).

Victorias et beatissimorum martyrum turbas, et innumeras sanctorum confessorum catervas, quas supernis coetibus credimus angelico collegio sociatas, nulla mens hominum eorum nomina valet narrare, vel numerum eorum per quorum suffragia universa plebs hostis insidiæ (f. *insidias*) superat, et caduca mortis in corpora morborum varietate detenta, ac variis langoribus occupata repente salus comis insequitur, et erga (f. *ægra*) inlucie depulsa, sospitatis cumulo restaurantur. Unde nec atrocissimæ mortis eos rapina cernitur retinere, quorum somnus potius datus quæritur ad quietem. A quibus et mortuis vita conceditur, et mœstitiam patientibus lætitia perennis affertur. Sed de his quantum ad me puræ relationis gloriosa fama perduxit, et præclaris titulis sancta

(a) Existe entre sus mss. en el archivo de la misma iglesia. Las correcciones que aquí se hallan son del Sr. Perez, lo restante del texto lo dexamos como en la copia que él tenia.

(b) Idibus maii apud Usuardum. = Cal. maii in Mozarabo. = Is Maias in complutensi. (Esto último deberá entenderse del Leccionario de que habla el M. Florez).

narratione scire non distulit, dignum puto sequentibus populis facilius scriptum transmittere, quam rem veraci recordatione repertam, silentio præterire. Ne dum tanti thesauri copiam celando obtegimus, ingenti negligentia reos nos modis omnibus sentiamus.

Igitur cum apud urbem Romam beatissimi confesso- res Torquatus, Tesiphons, Indalecius, Secundus, Euphrasius, Cœcilius, Esicius à sanctis Apostolis sacerdo- tium suscepissent, et ad tradendam in Hispania catho- licam fidem, quæ adhuc gentili errore detenta idolorum superstitione pollebat, profecti fuissent; divino guber- naculo comitante ad civitatem Accitanam se utrisque converterunt. Qui cum procul ab urbe quasi stadia duo- decim fatigatis artubus resedissent, ut membra quæ fuerant itineris prolixitate confecta, paulisper indulge- rent, et sese animantibus in quod longævus iter adtri- buerat, quiescendo reficerent, atque recto calle inlassa- biliter graderent. Et licet membris corporis, quibus ges- tabantur, viderentur attriti, erant tamen cœlesti auxilio et gratia spirituali firmati, decurrente sibimet testimonio qui ait: Sancti, qui sperant in Domino, mutabunt forti- tudinem, et adsumunt pœnas, ut aquilæ, current, et non deficient. Itaque ut ipsi comperimus, venerandi antisti- tes in illo loco, quo jam diximus, requiescere expetis- sent, ad civitatem Accitanam propter escarum indigen- tiam sequipedas suos mitterent. Agebatur igitur dies ille, quo Jovi, Mercurio, vel Junoni rituosa gentilitatis immanitas festa celebrarent, et obliti superno solio resi- dentis Domini, mutis et mortuis imaginibus vanissimo cultu solemnia scelerata persolverent. Tunc videlicet in prædictæ urbis venerabilium senum discipuli mœnia ingredienti, vident infelicissimam turbam deceptionis summæ laqueis irretitam, et perpetui barathri præci- pitatione demersam; ut per id quod videbatur pollutis

manibus perpetrari, per hoc crederet se posse salvari. Cumque sanctorum senum comites eorundem omnium pestifera conventio obviasset, agnito in eis religionis venerabili cultu, et piæ fidei habitu sacerdotum, fervidus eos usque ad fluvium in quo pons erat antiquo mole constructus nefandus hostis insequitur. Ibiq̄ue divino laborante miraculo, opus quod nulla ætas posse crederet dissolutum, eodem momento conteritur. Et cum cruento ipsius fluminis alveo seditio pagana submergitur.

Et cunctantibus sanctis: *equum et ascensorem projecit in mare*, Dei famuli liberantur. Quem videntes eventum, pars maxima terrore vehementi comprimitur. Inter quos fuit quædam senatrix, rebus inclyta, et inflammatione sancti spiritus adornata, genere nobilissima, nomine Luparia. Ipsorum sanctorum opinionem ut reperit, ad eos suos nuntios alacriter destinavit. Per quos illos summis precibus, ut suam eisdem exhibere præsentiam, optavit. Quos ubi primum eos mulier videre meruit, cujus interna pectoris jam superna dona dictaverunt, unde sanctissimi senes essent, vel de quibus regionibus advenissent, audacter interrogat. Et cum illi se à sanctis Apostolis missos ad prædicandum Dei regnum, et Christi evangelium Spaniæ denunciare fuisset præceptum, perquirenti fæminæ faterentur, docentibus, et dicentibus, quia omnis qui credit in Christo filio Dei, mortem non gustabit in æternum, sed vitam possidet angelorum, continuo sanctæ doctrinæ novella discipula credere acquievit. Et postulans donum sancti baptismatis jubetur non prius petita percipere, quam pro baptisterio quo sancti elegerunt, fabricaretur basilica (*fabricaret basilicam*). Quæ tali jussione percepta, tamdiu operi jugem curam exhibuit, quousque omnem fabricam basilicæ ad culmen deduceret et cœpti templi fastigia.

explicaret. Cumque jam perfectum opus existeret, et universa sanctis, ut jusserunt, placuissent, fontem ex more construunt, in quo sanctæ devotionis femina salutaris lavacri unda perfunditur. Cujus mulieris cum sanctum sequeretur exemplum cunctus populus, qui idolorum vanas superstitiones colebant, veterinosi criminis templum relinquunt, et sanctorum senum doctrinam avidis mentibus adsequuntur. Ex tunc jam idolorum polluta sedes relinquitur, et ibi, sancti Joannis Baptistæ consecrantur altaria, ecclesia Christi construitur, et crescente fide, Dei populus augmentatur. Deinde non mente se segregantes, nec fide, se pro dispensanda Dei gratia per diversas urbes dividuntur: Torquatus Acci, Tisephon Berga, Esicius Carsecæ, Indalecius Urçi, Secundus Abula, Eufrasius Eliturgi, Cœcilius Eliberri. In quibus urbibus commorantes cœperunt de initia (*initio* in cod. Tolet.) vitæ mortalia redimere. Sicque factum est, ut dum famuli Dei cœlestia dona impertiunt, magnos sanctæ Ecclesiæ credentium fructus acquirant. Unde parum post tempore laborum suorum gloriosos palmæ triumphos supernæ patriæ reportarunt. Atque ideo de augmento bonorum operum iam securi, deficiente temporali vita, æternæ regionis possessione percepta, fœlici obitu de hoc seculo migraverunt. Nobis quoque reliquiarum suarum veneranda præmia reliquerunt. Ad quorum sacra sanctaque sepulchra quisquis æger pia devotione advenerit, invicto beatissimorum confessorum liberatur auxilio. Nam et dæmones ex corporibus possessis expellunt, et cœcis lumen, quod amiserunt, sua oratione restitunt. Atque omnes vero eorum suffragia excolentes quicquid illudum (*illic dum* in cod. Tol.) confidenter exposcunt, mox cœlitus impetrata percipiunt. Sed illud pallio silentii operire non debemus, quæ tam præclara Domini miracula in ipsorum anniversaria piis, et

*Copia de un papel sobre la patria y sepultura de San Millan (a). (V. pag. 208.)*

**A**mbrosio de Morales en su *Cronica lib. II. c. 58.* parece hacer á San Emiliano, sacerdote llamado comun-

(a) Le envió Martin de Baylo al señor Perez, y se halla entre sus mss. en un volumen de Actas

de Santos Españoles en el archivo de la santa iglesia de Segorve.